



PAENITENTIARIA APOSTOLICA

Prot. N. 523/25

Paenitentiarum Apostolicarum Reverendissimo Ministro Generali Ordinis Fratrum Minorum, *Apostolica Auctoritate, ad aliud quinquennium* prorogat, iuxta preces, sequentes facultates quas ipse pro suo prudenti iudicio poterit subdelegare Rectoribus domorum religiosarum et aliquibus sacerdotibus sui Ordinis, scientia et prudentia conspicuis, dummodo sint omnes ad audiendas christifidelium confessiones legitime adprobati:

1. absolvendi paenitentes ab omnibus censuris, id est excommunicationibus et interdictis, non declaratis nec Apostolicae Sedi reservatis;

2. dispensandi, iusta existente causa, omnia vota privata, commutando, si casus ferat, in aliqua pietatis vel paenitentiae opera, dummodo dispensatio ne laedat ius aliis quaesitum.

Quod attinet ad dispensationem ab irregularitate, quae viros afficit propter formalem cooperationem in abortu procurando, si casus ferat, recurrendum erit ad Paenitentiarum Apostolicam.

His facultatibus praefati sacerdotes uti possunt tantum in actu sacramentalis confessionis et pro foro conscientiae.

Datum Romae, ex aedibus Paenitentiarum, die 10 Martii 2025.

Angelus card. De Donatis
Angelus Cardinalis De Donatis
Paenitentiarum Maior

Christophorus I. Nykiel

✠ Christophorus Iosephus Nykiel
Episcopus tit. Veliensis
Regens